

$e m f n, k o$, eo modo cōcinnent̄ vicissimq; aptent̄ vt sint adin-
 uicem parallela, & cōmunes eorum sectiones cum $a g, f h, \& l$,
 signū sint in eadē recta linea velut $m n o l$, necnō $a m$, subiiciat̄
 æqualis ipsi $d k$, ipsa enim $a m$, insensibiliter supat $d k$, his ita
 constructis inter duas rectas lineas $a b, c d$, ipsius instrumenti
 duæ mediæ sub cōtinua proportione dantur veluti sunt $e n f o$.
 Veruntamen si datę duæ lineæ rectæ velut $s t$, quibus oporteat
 duas medias sub continua proportione inuenire non fuerint
 æquales ipsis $a b, c d$, quas instrumentum habet, ergo fiat vt s ,
 ad t , sic $a b$, ad $c d$. Et quia ipsis $a b, c d$, instrumētalibus rectis in-
 uentæ sunt duæ mediæ sub cōtinua proportione, igitur et ipsis
 $s t$, datis duæ mediæ sub cōtinua proportione erunt datæ, hæc
 quisq; in Geometria vel mediocriter eruditus multo facilius in-
 telliget quā præsentis descriptione demonstrationis doceri pos-
 terit, quo deniq; quisq; cōtinuationi aptationiue ipsarum regula-
 rum tabularūq; artificiosius insistet, eo examinatus cōperiet
 capietq; medias ipsas sub cōtinua proportione. Ipsa etiā tabella
 $l k d r$, cohereat cuidam colūnæ æreæ in qua volui hinc inde
 possit sine trepidatione atq; firmari quando libeat. Sit autē eas-
 dem columna ærea loco $b d$, atq; ipsi tabulę $e f h g$, plumbo af-
 fixa & obfirmata cohereat, Et si plures quis constituerit duas
 bus medias proportionales inuenire cum annexis versatilibus
 regulamentis, plures etiam oportebit ipsi colūnæ æreæ mos-
 biles tabellas qualis est $k d r$, admouere. Et tandem inter datas
 rectas duas lineas, totidē comperit medias pportionales quot
 in instrumento fuerant dicto modo compertæ, liquet igitur ins-
 trumēti fabrica, quā hactenus ostendisse oportuit. Præterea
 sciendum est, q̄ decet regulamēta $f n k o$, in partes $n o$, eo vsq;
 esse producta vt tota pducta singulatim sint æqualia dimetiētī
 ipsius $e f h g$, parallelogrāmi aut paulo longiora, ita vt semper
 ipsam $a g h$, latus tabellæ $a b d$, attingere possint. Est præterea
 sciendum q̄ regulamenta $f n, k o$, facili ratione ipsi $e m$, paral-
 lela constituent̄, productæ em̄ $f n, k o$, secant $a g h f n$, quidē in
 $x, k o$, autem sup v , & fiat $m x$, æqualis ipsi $e f$, & $m v$, æqualis
 ipsi $e f k$, igitur per xxxiii, propositionē li. i. ele. Eu. ipsæ $f n x$
 $k o v$, paralleli sunt ipsi $e m$. Et ita demū paraphrasis complet̄